Rogate ergo dominū ut hec gaudia
nobis largiri dignet̃· Qui viuit ꝛc̃

¶ Dñica q̄rta post paſche·

Cum venerit paraclitus ille ar
guet mūdū de pc̄c̄o de iuſticia
et de iudicio· ¶ Duo hic occurrūt no
tanda· Primū eſt quis ſit paraclit⁹
quē dñs miſſurū ſe ꝓteſtatur· Se
cūdū eſt qualiter mundus de pc̄c̄o de
iuſticia et de iudicio arguēd⁹ intelli
gat̃· ¶ De primo nō ꝙ ꝑ pacłitum
ſpūs ſcūs exp̄mit̃ Paraclit⁹ enī idē
ē qđ aduocatus vł ꝯſolator ſicut te
ſtat̃ interlinearis glō ſuꝑ locū illū io·
xiiij· Et ego rogabo prēm et aliū pa
clitū dabit vobis ut maneat vobiſcū
ineternū ſpm̄ veritatis· Igit̃ circa hūc
paclitū tria ſūt notāda· Ipſe enī ad
uocatus ē reoꝝ· conſolator meſtoꝝ·
et redargutor obſtinatorū· De pri
mo dicitur ad romanos viij· Spiri
tus adiuuat infirmitatē noſtram·
nam quid oremus ſicut oportet neſci
mus· ſed ipſe ſpūs poſtulat ꝓ nobis
gemitibus inenarrabilibus· Gloſa
hunc locū ſic exponit· Spūs ſanct⁹
poſtulat ꝓ nobis quia nos poſtula
re facit nobiſq̄ȝ interpellādi et gemē
di inſpirat affectū· Tali ergo modo
ſpūs ſcūs dicit̃ eē aduocatus reorū
ꝙ ipſis reis hoc īſpirat ut ꝓ delictis
ſuis orent ꝛ gemitus effūdēt inenar
rabiles· De ſcđo cātat̃ in quadā ſe
quēcia· veni ſcē ſpūs· et infra ꝯſola
tor optīe dulcis hoſpes aīe dulce re
frigeriū· In labore requies in eſtu
tēperies in fletu ſolaciū· De tercio vi
delicet ꝙ ipſe arguet incorrigibiles ꝛ
obſtinatos dr̄ in iohanne xvi· Cū ve
nerit paclitus ille arguet mundū de
pc̄c̄o et de iuſticia et de iudicio· Et no
ta ꝙ ſpiritus dn̄i non ſolum arguet
impios in iudicio et reꝓbos ymmo
et interficiet ipſos· vnde yſa· xi· Per
cutiet terrā virga oris ſui et ſpiritu
labioꝝ ſuoꝝ interficiet impiū· Vñ et
paul⁹ de antixp̄o dr̄ ij· ad theſſa· ij·
Tunc reuelabit̃ ille iniquus quem
dñs ihūs interficiet ſpiritu oris ſui·
¶ De ſecundo videndū eſt qualiter
mūdus de pc̄c̄o de iuſticia ꝛ de iudicio
arguēdus intelligat̃ Et nota ꝙ glo
ſule locū iſtū ſic exponunt· Arguet
mundū de pc̄c̄o infidelitatis qđ vide
licet pc̄c̄m mūdus habet et de iuſtici
a quā non imitat̃ et de iudicio qđ nō
timet· Igit̃ hec eſt vna cauſa quare
dñs ſpm̄ ſanctum paraclitū mittit
ut videlicet arguat mundum ideſt
mundi amatores arguendos oſten
dat· de pc̄c̄o quo dñm offenderūt· de
iuſticia quā opari neglexerūt· de iu
dicio quod non timuerūt Primū igit̃
paraclitus docet eſſe mundū arguē
dum de pc̄c̄o quo dñm offenderūt· et
maxime de pc̄c̄o infidelitatis· vñ et
ipſe dñs ita exponit· De pc̄c̄o quidem
quia non crediderūt in me· Et nota
ꝙ ſcđm ſanctos aliud eſt credere de
um· aliud eſt credere deo· aliud crede
re in deum· Credere deum eſt credere
ipſū eſſe creatorē ꝛ principiū omni
um creaturaꝝ ꝛ iudicē eſſe viuorū
ꝛ mortuoꝝ· hoc eciam demones cre
dūt ꝛ ꝯtremiſcūt· vñ iaco· ij· Tu cre
dis qm̄ deus ē vn̄ facis ꝛ demones cre
dūt ꝛ ꝯtremiſcūt· Credē deo ē crede
re vera eſſe que ipſe dicit· Credere in
deum eſt cum caritate tendē in ipm̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vtpote in ſūmam delectacionē in ſū
mum bonum et in ſūmum honorem
Nota igitur ꝙ pcēm infidelitatis vi
delicet ꝙ homo non credit in deū eſt
origo et cauſa omniū pctoꝝ· Omne
em̄ pcēm quod cōmittitur in mundo
aut cōmittitur ꝓpter carnis delecta
cionem aut ꝓpter rerū dilectionem
aut ꝓpter glorie et honoris ābicōnē
Si ergo p veram fidem et caritatē
nō fictam crederes et trā ſmigraēs in
dn̄m tāꝙ in ſūmā et mūdiſſimā ſua
uitatem tāꝙ in ſūmū et veriſſimū bo
nū tāꝙ in ſūmā et eternā gloriam
ſine dubio contēpneres fedā carnis
delectacionē et trāſibiliū rerū dilecti
onem vaneqꝫ glorie et honoris am
bicionē· ¶ Secūdo paclitus docet
mundū arguendum eſſe de iuſticia
quam imitari neglexerūt· Que aūt
ſit hec iuſticia dn̄s expoīt ita dicēs
De iuſticia vero qꝛ ad prēm vado et
iam non videbitis me· q̄ſi diceret· E
go ad prēm vado et ſi vultis venīē
illuc vbi ſum ego oportet ut illam iu
ſticiam imitemini quā et ore docui
ꝛ ope exhibui Et que ē iſta iuſticia?
Certe ut reddat quilibet que ſūt ho
minis homini et que ſūt dei deo· vn̄
cum iudei math· xxij· dn̄m cōmenda
rent quia verax eſſet et viam dei in
veritate doceret ꝛ quererēt ſi liceret
cenſū dari ceſari an nō· rn̄dit· Red
dite que ſūt ceſaris ceſari et que ſūt
dei deo· Conemur igit̄ exequi tripli
cē iuſticiā quam requiret a nobis
deus· Primo ut corpus ꝓpriū diſci
plinis cōtinēcie ſubigamus· hoc em̄
eſt qd̄ homo ſibi hoī debet· Secundo
ut ꝓximis noſtris ſua fideliter reſti
tuamus et noſtra dum egent miſe
ricorditer tribuamus· hec em̄ ſunt q̄
homo tenet̄ homini ꝓximo· Tercio
ut deo cor et omnē actū nr̄i corpis of
feramus· De primo videlicet ꝙ cor
pus noſtrum diſciplinis continencie
ſubigam9· monet nos ſp̄us ſanct9
in p̄s· dicens· Apprehendite diſcipli
nā ne quando iraſcat̄ dn̄s et peatis
de via iuſta· De ſecundo videlicet ꝙ
ablata reſtituamus et noſtra egen
tibus tribuamus· dicit dn̄s lu· vi·
Dimittite ſubaudi bona que iniuſte
abſtuliſtis et dimittetur vobis dicit
gloſa· pcēm· ſequit̄· Date· glō· benefi
cia· et dabitur vobis· glō· vita eter
na· De tercio videlicet ꝙ deo corde
et omni actu corporis ſeruiamus· dt
aplūs ad colo· iij· Omne quodcūqꝫ
facitis in v̄bo aut in ope oīa in noīe
dn̄i nr̄i ihū xpi facite· Qdcūqꝫ facitis
ex aīo opamini ſic dn̄o et nō hoibꝫ ſci
entes ꝙ a dn̄o recipietis retribucio
nē hēditatis· Et nō ꝙ hec triplex iu
ſticia reportat hoī triplex bonū· p̄mū
eſt vita glorioſa· ſcd̄m ē merces fru
ctuoſa· terciū ē cognicō dn̄i gracioſa
De hijs tribus ſapi· vi· Juſti in ppe
tuū viuent et apud dn̄m ē merces
eorum et cogitatio eorum apud altiſ
ſimum· Hec autoritas ſic intelligit̄
ꝙ videlicet qui modo iuſti ſunt vici
a corporis mortificando illudqꝫ di
ſciplinis continencie ſubigendo· vi
uent in perpetuū· Jtem qui modo iu
ſti ſunt proximis ablata reſtituen
do et ſua egentibus tribuendo mer
cedem copioſam conſequentur a do
mino· P̄terea q̄ iuſti ſūt corde ꝛ oī ope
dn̄o ſeruiēdo dignū eſt et ꝙ dn̄s eos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſemp̄ habeat in memoria ſue benedi
ctiōis eiſqꝫ de delicatiſſimis ferculis
ſue menſe trāſmittat· ¶ Tercio do
cet paclitus mundum arguendū de
iudicio quod videlicet timere nolue
runt· Qꝫ aūt iudiciū dn̄i timendū ſit
ꝓbat ipē dn̄s ita dicens· De iudicio
autē quia princeps huius mūdi iu
dicatus ē· q̄i dicēt· Cū dn̄s ita fortis
ſit et potens ꝙ eciā ipē pn̄ceps mun
di ideſt dyabꝰ ei reſiſtere nequiuerit
ſed iam iudicatus ſit et cōdēpnatus
multominꝰ illi qui ſūt ſub principe
mūdi· utpote debiliores reſiſtere nō
poterūt diuine potencie quando vene
rit iudicare fines terre· Vn̄ petrꝰ ij·
ij· ſi deus angelis peccātibus non pe
percit· ſed rudentibus inferni detra
ctos in tartarū tradidit cruciandos
in iudicium reſeruari· nouit dn̄s pi
os de temptacōne eripe· iniquos vero
in diem iudicij reſeruare cruciādos·
Timendū vero ē iudiciū dn̄i ꝓpt̄ tria
Primo quia aduentus eius occultꝰ
erit ut furis et nō preſciet· Scd̄o q2
tunc per ignē omnis pc̄ti materia diſ
ſoluetur· Tercīo quia qui tūc in bonā
conuſacōne inuētus nō fuerit punieť
Vn̄ petrꝰ ij· iij· adueniet dies dn̄i ut
fur· Ecce primū· in quo celi magno i
petu trāſiēt· elemēta vero calore ſol
uentur· Terra aūt et que in ipā ſūt
exurentur· ecce ſcd̄m Quales igitur
oportet nos eſſe in ſanctis conuerſa
cionibus et pietatibus expectantes
et ꝑparantes aduentū diei· ecce ter
cium· Rogate ergo dn̄m ut ſic ad ex
tremū iudicium preparemur ut tūc
cum electis ſaluari mereamur· Qd̄
nobis preſtare dignetur ꝗ̄c·

¶ Dn̄ica quinta poſt paſche·

Exiui a prē et veni in mundū
iterū reliquet mundū ꝛ vadit
ad patrem· ¶ Duo ſunt hic notan
da· Primum eſt quare dn̄s in mun
dū venerit· Secundū eſt quare ad
patrem redierit· et licet multe cauſe
poſſint aſſignari quare filius a pa
tre egreſſus venerit in mundū et q̄
re relinquens mundū venit ad prēꝫ
Propē duo tamē venit in mundū· et
ꝓpter duo reuerſus eſt ad patrem·
Venit em̄ in mundū ut nos quomo
do viuere debeamus inſtrueret· Itē
ut nos ab eterna ſeruitute redimēt
De p̄mo dicit aplūs ad titū ij· appa
ruit gracia dei ſaluatoris noſtri om
ni hoi erudiens nos ut abnegātes
impietatem et ſecularia deſideria ſo
brie et iuſte et pie viuamus in hoc
ſeculo· Doctrina igitur ih̄u xp̄i conſi
ſtit in tribus· in ſobrietate· in iuſtici
a ſiue equitate et pietate· Sobrie
tas ꝓut gloſa teſtať ē attēdere cir
ca temetipm̄· Iuſticia ſiue equitas
circa ꝓximū et pietas circa deum
Primo igiť ſobrij eſſe debemus· ſed
quid eſt ſobrietas· Sobrietas ē pu
ra ab illecebris vtriuſqꝫ hominis tē
perancia· Sobrietas igitur monet
nos vt oīmodam mentis et corpis
fugiamus luxuriā et a gula et ebri
etate nobis caueamus· Scd̄o iu
ſti eſſe debemus· iuſticia vero eſt per
quam cōmunitatis gracia teneť et
ſua dignitas cuiqꝫ non denegatur
Monet igitur nos iuſticia ut graci
am omniū ſcd̄m deū teneamus ideſt
nullum indebite vel verbis vel operi
bus ledamus et offendamus et ut

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf